Kazimirus Dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussie que dominus et heres etc. Significamus tenore
presencium quibus expedit universis. Nos attendentes grate fidei merita et constantis fidelitatis obsequia Generosi Dobrogosty de Lanszenycze fidelis nostri
dilecti quibus nostre placere meruit Maiestati Horum intuitu volentes eum reddere consolatum Sibi de manibus [illegible]ose et Nobilium Dorothee Relicte
olim Magnifici Alberti de Male Palatini Lanicien. Vincencii que et Johannis filiorum suorum bona nostra Regalia videlicet Pruschynowycze et Wylamow
villas in terra Siradiensi et districtu Schadkowien. consisten. Tenute ipsorum eximere et redimere indulsimus et presentibus indulgemus dantes et concedentes
eidem huiusmodi bona nostra impetrandi in quibus illa exemerit tenendi habendi possidendi et utifruendi plenam et omnimodam potestatem iuxta vim continencie et tenore
literarum et Inscripcionum super premissis bona nostra seu villas rite et legittime ac racionabiliter concessarum et emanatarum. Preterea nostra et Regni nostri
non mediocri imminente necessitate Quadringentos florenos hungaricales puri auri et iusti ponderis apud prefatum Dobrogostium mutuo recepimus et
tulimus realiter et effectualiter Pro quibus eum cerciorem reddere volentes Sibi eosdem Quadringentos florenos hungaricales Unarum Centum Marcarum
pecuniarum Monete et numeri Polonicalium consistet Quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando quas sibi racione servicii sui nobis
ac et Regno nostro ante Choynicz Anno proxime lapso exhibiti donavimus et dedimus in prefatis bonis sive villis nostris Pruschynowycze et Wyla
mow sic per eum redimendis Assignavimus demonstravimus deputavimus et inscripsimus Assignamus que demonstramus deputamus et inscribimus tenore presencium
[illegible] villarum prefatarum [illegible] Censibus Redditibus proven
tibus Agris Campis pratis pascuis graminibus Silvis borris nemoribus indaginibus quercetis pinetis dumetis rubetis virgultis densetis Mellificiis
Aucupacionibus venacionibus [illegible] fluminibus lacubus stagnis torrentibus Rippis rivis rivulis paludibus Piscinis piscaturis piscatoribus Curys
Predys allodys ortis et orticulis Aquis et aquarum decursibus Molendinis aquaticis et ventilibus et eorum emolimentis Et generaliter omnibus et sin
gulis attinencys coherencys [illegible] et [illegible] ac obvencionibus universis ad dictas villas quomodolibet spectantibus Itaque late longe et circumferencialiter
prout eedem ville ab antiquo sunt distincte et limitate tenebunt habebunt utifruentur et possidebunt pacifice et quiete Tamdiu quousque sibi vel suis
Superstitibus legittimis per nos sive nostros Successores pecuniarum Summe in quibus predictas villas nostras exemerit ac Quadringenti floreni hunga
ricales necnon Centum Marce prescripte plenarie et integre fuerint persolute et consignate Quibus solutis possessio et Tenuta memoratarum villarum
ad nos et nostros Successores redibit pleno Iure Stacionibus tamen et Iuribus nostris Regalibus per omnia semper salvis In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum est presentibus subappensum Datum in Pyotrkow feria Sexta ante festum Benedicte Trinitatis Anno domini Millesimo quadringentesimo sexa
gesimo septimo

Relacio Venerabilis Alberti de Zythkin
Custodis [illegible] [illegible]

Od krola Polskiego kazimierza przywiley R 1467
na Prusianowicze y Wylamow in Sūa 400. flor
Ungaricalium Et Centum Marc oblig Gna Dorothe
relicta Consorte olim alberti Dūi de Male Pala Sirad
Lini Lanciciens

Casimiri Regis Consensus Dobrogostio de [illegible] pro
eximendis bonis Prusinowicze et Wylamow in Summa
400 florenorum Ungaricalium et Centum Marcis obligatis
a Gnosa Dorothea relicta Consorte olim Alberti de Male
Palatini Lanciciensis [illegible] datis 1467

Decemtr [illegible]

F 39. Lit. O.o

F. 39. Lit. O.o.